

Zibaldone 3.: Visita apostolica del 1584, e altro (c.72.- 88.).

3:1 - copia padovana 1740. della relazione di Nores 1584. (c. 72.- 84.).

Exemplum (a lato, in margine sinistro)

**Quae de R.mo D.no E.po Tar:no in Visitatione habenda collecta fuerunt
Anno 1584. Die 28. Mensis Junij**

(quarto fascicolo - carta 72.)

Haec sunt

Quo primum tempore R.mus D.nus Visitator Ap.licus in Eccl.ia Tarvisij suae Visitationis munus aggressus est, ab ijs initium sibi sumendum existimavit, quae ad E.pi integritatem, et innocentiam, ad ejus Familiae honestatem, ad domesticae tum Mensae, tum suppellectilis administrationem, et deniq; ad rectam vivendi viam, et Ep.alis Officij rationem pertinent. Quare adhibitis primum interrogationibus ex praescripto modi visitandi Romae recepti, deinde perceptis R.mi D.ni E.pi responsionib.s, tum demum sumptis ex pluribus locis firmis probationibus, haec omnia in unum complexus est.

Cum itaq; anno 1577. R.mus D.nus Fran.us Cornelius Patritius Venetus Utriusq; Signaturae Referendarius Romae munus, quod suum erat, obiret, et ad E.patum Eccl.iae Tar:nae ob resignationem R.mi D.ni Giorgij Cornelij ejus Patru auc:te SS.mi D.ni N.ri Gregorij Pontificis Maximi evectus esset statim ad E.palem residentiam profectus est.

Quo tempore ne Clerici, aut Cives graviorib.s afficerentur sumptib.s, solemnibus fastu, quo recentiores Praesules recipi solent, potius praetermisso, quàm neglecto, ad E.pales Aedes secum paucis adhibitis se contulit.

Quò ubi pervenit, non modo Dominicis, et reliquis festis, sed singulis fermè diebus Missam celebravit, saepe in Cath.li Eccl.ia, saepius in ejus Oratorio, nonnumquam etiam in Sacris Monialium aedib.s Sacra faciens.

Septimus nunc agitur annus, quo Eccl.iam Tarvisinam regere coepit, nec umquam ab Ep.ali residentia discessit, exceptis paucis mensib.s, quib.s Summi Pontificis concessu ad limina Ap.lorum se contulit. Quo in loco omne studium posuit, ut etiam reliqui omnes beneficiorum suorum residentiae p.ntes satisfaciant; sed quid intercesserit, quamobrem in nonnullis id minus exequi poterit ad R.mum D.num Visitatorem retulit, ut ad rem conficiendam ipse quoq; operam suam conferat, cui et listam tradidit.

Et licet Missis solemnib.s, Processionib.s, et hujusmodi Sacris Functionib.s, saepiùs se p.ntem exhibeat, eam praecipuè rationem habet, ut nunquam in Dominicis tam Adventus, quam Quadragesimae ejus p.ntiam desideretur.

Vestes, quibus, et publicè, et privatim utitur tales omnino sunt, . . .

(- carta 72. tergo)

ut modestiae, et gravitati consulens ex ijs illum esse E.pum appareat.

Quemadmodum vero in ejus suppellectili eam moderationem est videre, quae sordes, et supervacaneum usum abijciat, ita in ejus mensa eam frugalitatem servat, quae temperantiam non superat, nisi Nobiliores recipiantur Hospites, quorum causa paulò nobilior Mensa, et splendidior parari solet. Quo tempore in primis Benedictio, deinde lectio Sacrorum librorum; demum gratiarum actio perpetuo adhibetur. Interim omni die Sabbathi in singulis Hebdomadib.s jejunium adhibet.

Fructus, et redditus suae Eccl.iae, qui trium mille Ducatorum summam vix transcendunt, sic administrat, ut praeter quotidianas impensas pro tot tantisq; E.palium Aedum Aediificijs conservandis, ijs sublatis, quae ad vitae honestatem, conditionisq; suae rationem habendam sufficiunt, reliquos omnes, qui supersunt, non ad luxum, non ad propriam avaritiam, aut propinquorum splendorem, sed in pauperum inopia sublevanda erogat.

. . .

Singulis quoq; dieb.s in Vespere ad Campanae sonum singuli de ejus Familia in Oratorio conveniunt, ac una cum R.mo D.no E.po Orationes, ac Litanias ad quamdam formulam praescriptas, supplices Deo absolvunt.

Duos Vicarios U. J. Doctores, eosq; exteros habet, quorum uni incumbit causas, quae in Foro E.pali vertuntur, audire, et quam celerime dejudicare: alteri Religiosarum Mulierum cura commissa est, quò vetus disciplina integra ab illis perpetuò servetur, ad eamq; sese ipsae conformantes in rerum divinarum contemplatione liberiùs conquiescant. Habet et Cancellarium Virum sanè probum, atq; in ea arte summoperè versatum, cui communis taxa praefinita est, quae pro opere, et offitij sui mercede ab unoquoque in singulis causarum generib.s pro loci, rei, et personae conditione exigi liceat.

In Visitatione habenda, primum omnes Civitatis Ecc.lias, deindè universam ferè dioecesim peragrandò visitavit. Confirmationis Sacram:tum, ubi opus erat administrans, singulas Ecc.liarum partes studiosè inspiciens, et omnes Parocos summo studio admonens, ut Offitij sibi commissi munus fideliter exercent. Quod planè Visitationis munus denuò ejus Vicario . . .Gen.li

(quarto fascicolo - carta 73.)

Gen.li in omnes Civitatis Eccl.ias recognoscendas tradidit, quemadmodum etiam extra Civitatem hanc Provinciam detulit, ad Vicarios Foraneros in eas Eccl.ias, quae sibi sunt commissae, quando quidem Ep.us ipse ob Dioecesis amplitudinem aegrè possit in singulos annos, aut universas Eccl.ias visitare, aut Synodum convocare.

In eadem visitatione cavet, ne ipse, aut quisquam suorum quidquid procurationis causa, aut alio quovis nomine accipiat, exceptis tamen victualib.s, quae ut sibi, suisq; moderatè, q.tum temporis necessitas fert administrentur permittit.

Invigilat quoque, prout locus, tempus, et occasio se praebet, ut videat, quid singuli Parochi in dies agant.

Quib.s et praecipit, ne quemquam eleemosinarum Quaestorem in suis Eccl.ijs ad offitium hujusmodi exercendum ullatenus admittant, sed eorum nomen, et usum penitùs aboleant.

Ex beneficijs incompatibilib.s, etsi nonnulla adhuc supersunt emendanda, quae ante Conc. Trid. retinebantur, attamen post ejusdem Concilij observationem nulla inveniuntur recepta, aut simul retenta.

Quae vero de excommunicationib.s ferendis, de dispensationib.s gratis concedendis, de solutione X.marum, et Deniq; de Mortuorum depositis Ecc.liam occupantib.s reijciendis Sac. Conc. Trid. Decretis praecipuntur, omni cura, et diligentia servantur.

De quarta Funeralium, ne una quidem ad eum hactenus delata est controversia.

In delinquentes ita animadvertit, ut inspecta tum delicti, tum personae conditione, nec nimis segnis, nec nimis rigidus appareat, aequa (ut dicitur) lance omnib.s justitiam administrans, terminandisq; causis q.nta fieri potest brevitate studens, et litigatorum artib.s modis omnibus occurrens.

Et licet Bulla (?) in Coena Domini eo plano modo, quo fieri potest promulgetur, scilicet singulis Confessorib.s exemplum tradens, quemadmodum etiam R.mi apud Senatum Nuncij, praescribere videntur Bullae tamen de statuendis censib.s; de portione Vicarijs in unione Beneficiorum facienda; de indulgentijs, ad quarum executionem Manus adjutrices sunt porrigendae funditus evertendis, diligenter servantur, et in Ep.ali Cancellaria affixae tenentur.

Depositarius, qui poenas pecuniarias recipiat, non est cur hic statui debeat, siquidem quamprimum fuerit facta solutio, statim pijs locis, . . .

(- carta 73. tergo)

quibus jam sunt applicatae, expendendae traduntur.

. . .

Munus concionandi, quod ipse p. se nonnumquam exercuit, et deinceps tractaturus est p. viros idoneos ex praescripto Conc. Trid. delectos studiosiss. in Eccl.ia Cath.li Populo praestatur singulis Dominicis, et Festis diebus ab omnium Sanctorum Festivitate usq; ad Epifaniam, et omnib.s Quadragesimae dieb.s, ac Festis Pentecostes, reliquo anni tempore in eadem Eccl.ia Cath.li absolutis Vesperis, Theologiae Lector vulgari sermone, vel decem praecepta, vel aliquod Sacramentum, vel Casus Conscientiae, ita apertè interpraetatur, ut ab omnib.s facillè intelligi possit. Coeterum nemo istorum sive Concionator, sive Confessor, sive Lector existerit ad suum munus obeundum admittitur, nisi prius ea praestiterit, quae a Conc. Trid.o sunt decreta.

Prohibuit diligenter, ac q.tum in eo est, efficit, ut in oppidis, ac Vicis, et Villis suae Dioecesis, commessationes, quib.s complures Confraternites in dieb.s Festis, ad luxum abutebantur, ullo unquam modo fiant. Qua in re quamvis multum profecerit, non tamen prava illa consuetudo hactenus extirpata, funditusq; eversa est, ob causas R.mo D.no Visitatori exposita.

Maximam quoq; diligentiam, et studium ea in re posuit, ut dies Festi purè, sanctèq; observentur ab omnib.s, et saepiùs p. Nuntios suae Curiae nonnumquam etiam implorato fori Saecularis auxilio, quosdam Artifices, qui res venales eo in loco exponebant, è Sacratio Eccl.iae Cath.lis ejecit.

Gravissima illa a Pio V. Summo Pontifice de Medicis edita constitutio, quotannis prima Quadragesimae Dominica a Concionatore in Eccl.ia Cath.li de more promulgatur.

Diligentissimus est in ea observatione, ne quisq; a regula, quod in celebrando Matrimonio, et Patrini in Baptismo admittendis servandam statuit Tridentina Synodus, ulla ex parte discedat. Nec nisi previa diligenti inquisitione illud genus hominum vagantium ad Matrimonium admittitur. Id etiam servatur in ijs, qui intra gradus prohibitos cupiunt contrahere, nam nisi habita prius dispensatione non admittuntur.

Eorum insolentia, qui Matrimonij libertatem violare cogunt, nullo pacto fertur, sed alio honestiori loco (quando res ipsa postulare videtur) E.pi arbitrato eligendo Mulieres tandiù constituuntur, tandiù Vicarius, qualis sit eorum Mens perquirat, et ipsae p. se possint suam liberam voluntatem declarare.

Constitutio Pij IV. PP. Maximi de professione fidei facienda . . . ab

(*quarto fascicolo – carta 74.*)

ab ijs, qui Beneficia Eccl.iaca pro tempore obtinent, et a docentib.s Pueros, aliosvè cujusvis aetatis quascumq; artes litterarias, vel liberales inviolatè servatur.

Una, Bibliotheca in Civitate extat, in qua venales Libri exponuntur, quam Inquisitor ex ejus Officio visitat, et regulas de Libris vetitis servandas curat.

Quamprimum verò R.mus D.nus E.pus ad suae Eccl.iae regimen accessit, ante omnia in eam curam, et cognitionem pro suscepti muneris Officio incubuit¹, ut Seminarium Clericorum, cujus fundamenta jampridem R.mus D.nus Giorgius Cornelius jecerat, omni ratione propagaretur, nihil eorum praetermittens, quae pij, et sancti hujus instituti progressionem adjuvare possent. Quamobrem suae Dioecesis statu, et Eccl.iarum genere considerato, aliquot simplicia beneficia Eccl.iaca huic Collegio applicavit, et incorporavit, ea videlicet, quae majus necessaria, et opportuna videbantur. Sed quoniam non omnes illorum beneficiorum uniones hactenus affectum suum sortitae sunt, ad eam rationem confugiendum esse duxit, ut juxta singulorum Beneficiorum taxationem aliquid detraheretur, quod ad sumptum hujus pij operis faceret; quae tamen portio ex singulis beneficijs detracta ab odem E.po pro parte remissa fuit. Ubi vero priùs Clerici in Domib.s conductitijs alebantur, nunc accedente ejus opera, Domus ampla, et praeclara duob.s millib.s nummis aureis empta est: in eaq; opportunae habitationes, et officinae constructae sunt. Hic Viginti quatuor Clerici bonae indolis aluntur², tantosq; in re letteraria, et morum honestate progressus faciunt, ut cum opus fuerit, facillè possint alios ad pietatem, et religionem informare.

. . .

¹ (*a matita, a lato sul margine sinistro*) Seminario

² (*a lato, in margine sinistro, un'aggiunta*) Et sub bonorum Praeceptorum ductu religiosè edocentur, tantosq; etc.

Ordines sacros ipse p. se statutis a jure temporib.s semel. et bis in anno, pro ut res exigit, confert, Sacerdotib.s, alijsq; peritis Divinae Legis Viris, ac in Eccl.iacis Sanctionib.s exercitatis, sibi accitis, Ordinandorum mores, doctrinam, et alia requisita diligenter perquirant, et examinent.

Immunitas, et Libertas Eccl.iaca, sive ad hominum vitam, sive ad Bonorum possessionem pertineat, nulla ratione violatur, nam clariss:mi Rectores, aut Magistratus, aut Communitas, neq; res Eccl.iacas perturbare, neq; Religiosos ad suum judicium, potestatemq; revocare, neque Deo addictis Bonis expoliare, manum violenter injicere attentarunt; detestabilis quoq; Duelli usus nullo in loco hujus Dioecesis hactenus permissus est. . . .

(- carta 74. tergo)

In publicos concubenarios, et alios hujusmodi facinorosos homines censuris, et alijs poenis acriter animadvertur ijs exceptis, quà Parochi consilio justa de causa sumptionem in aliud tempus producendam duxerint.

Saepius in illam curam incumbit, ut dissidentes Civium animos non concordia solum, et pace, verum etiam benevolentia, studioq; conjungat. Unde factum est, ut graves inimicitias, quae inter gravissimas Familias vertebantur sua tùm auc.te, tùm diligentia composuerat; licèt nonnullae adhuc supersint controversiae, in quas sedandas magnum studium, multaq; opera conferenda est.

Quamprimum aliqua Parochialis Eccl.ia vacare contigerit, habita vacationis notitia (si opus fuerit) Vicarius constituitur, qui onera ipsius Eccl.iae sustineat, donec ei de Rectore provideat

Dioecesanum Synodum anno 1581. Mensis Ap.lis ex praescripto Conc. Trid.o habuit. In ea primum nonnullas constitutiones, quas confecerit, promulgavit, et typis imprimenda curavit: deinde sex examinatores delecti fuere, qui simul cum R.mo E.po, vel ejus Vic:o Gen.li adveniente vacatione cujuslibet Ecc.liae examen perficiant. Tertio nonnullos probatos Sacerdotes elegit, quib.s singulis imposito Vicarij Foranei nomine certas suae Dioecesis regiones distribuit: demum Judices Delegati, quib.s a Sede Ap.lica Causae mandarentur, fuere electi.

Vitia, quae in collatione Beneficiorum committi possent, hìc locum non habent, nam hactenus minimè repertum est, quod examinatores quicquam p. quamvis causam ejus rei gratia ab aliquo, qui Eccl.iacum Beneficium obtinuerit, aut ante, aut post, ne sponte quidem datum acceperint. Quo in loco R.mus E.pus non deest discutere diligenter fidem, et vitam singulorum, et qui praestantior fuerit omnib.s, quiq; officio credendo magis satisfacere possit, is Ecc.liae curam, et administrationem obtinet. In collationem vero Beneficiorum in Mensib.s Ap.lorum Vacantium, seu aliàs Sedi Ap.licae quomodocumq; reservatorum, nunquam se intromisit.

Quatuor constitutiones vulgaritè redditae, et jam ad Dioecesis suae utilitatem impressae sunt: Una de Communi Orationis instituto, altera de Ceremonijs in Missae celebratione servandis. Tertia de vetitis contractib.s reformandis, ac de plurib.s restitutionis faciendae modis. Postrema de Christiana Doctrina pueris tradenda.

In nonnullis suae Dioecesis principalib.s Oppidis, scilicet Mestrensi, et Nova- . . . -lensi

(quarto fascicolo - carta 75.)

-lensi saepius prohibuit, ac etiam p. publicum edictum mandavit, ne Christiani ad Convivia, Nuptias, vel dies Festos, et Sinagogas Judaeorum accedant, aut cum ipsos in dieb.s Festis emptionis, vel venditionis, vel alio nomine contrahere audeant, neq; illos medendi causa ad se tuersant, neq; tandem cum illis ullam consuetudinem habeant, licèt in eo, quod ad medicinam pertinet, adhuc eam difficultatem superare minimè potuerit, ubi unus tantum Medicus, isque Hebraeus reperitur.

Et in Civitate Hospitale, Edib.s Magnificis, ac nobilib.s interius, exteriusq; ornatum, cujus redditus tot, ac tam magni sunt, ut summam viginti millium nummorum aureorum superent, quod adhuc R.mus E.pus non visitavit veritus, ne si a Praesidentib.s Civitatis, . . .

qui illius administrationem habent, sub jurisdictionis pretextu impediretur, quominus Visitationem illis loci perficere posset, id maximo dedecori Eccl.iaecae Dignitati esset. Quod etiam in causa fuit, ut nec Montem Pietatis visitaverit, quamvis diligentissimus fuerit in ejus observatione, ut nonnulli abusus, qui in illius administrationem irrepserant, funditus everterentur; adhibita primum diligenti opera plurimorum Concionatorum praecipuè Rev:di P. Magistri Alexandri de Francisci ex Praedicatorum Familia, qui in his abusib.s radicatus extirpandis multus fuit; deindè traditis omnib.s Confessorib.s regula, et norma in hujus rei absolute impedienda, ac demùm ijs omnib.s demisso, paritèr; in Sacristia Cath.lis Eccl.iae affixo exemplo quarumdam Litterarum, quas receperat ab Ill.mo Cardinali Maffeo nomine SS:mi D.ni N.ri Gregorij XIII. Quae omnia licèt ad pravas illas consuetudines tollendas non parum adjum:ti attulerint, non tamen pium hoc opus, et apprimè necessarium omnino perfici potuit.

In Cath.li Eccl.ia duo Chori Mag:ri invigilant, ne a Communi Romanae Eccl.iae Officio discedatur, nevé quid praetermittatur in Divini Offitij celebratione, et reliquis, quae ad probatam Chori rationem pertineant, quaeque in Divinis Offitijs obeundis praescribuntur. In ea duo Poenitentiarij jampridem delecti fuere.

Decani, Canonicorum, et totius Cap.li Eccl.iae Tarvisinae obsequium, et obbedientia erga Pastorem suum adeò manifesta sunt, ut nullius indigeant testimonio.

Coeterum honestè admodum, et sine scandalo vivunt, et quamplures ex ipsis Sacris studijs dant operam. Habitus etiam, et tonsura Clericali (ut decet) ornati incedunt.

In Choro divinum Offitium diurnum, et nocturnum juxta ritum Sanctae Romanae Eccl.iae debitis modo, et tempore persolvunt.

Residenta eorum quam sit assidua ex libris Punctatorum satis comprobatur. . . .

(- carta 75. tergo)

In admissione novorum Canonicorum nihil aliud accipiunt praeter Duc:tos Decem pro emendo pallio in usum Altaris Majoris ex statuto, et consuetudine.

In Canonica habitare non possunt nisi duo, aut tres ex ipsis propter ejusdem Canonicae angustiam, et incommoditatem.

Distributiones quotidianae assignatae sunt ex forma Statutorum praedictae Eccl.iae a Sede Ap.lica confirmatorum Mattutino, Missae, et Vesperis. Caeteris tamen Horis, et si statutae non sint distributiones, nihilominus Canonici regulariter spontè intersunt.

Non interessentib.s Divino Offitio distribuiones non dantur, exceptis ijs, qui sunt in servitio R.mi D.ni E.pi Pontificalia exercentis, et qui Eccl.iae, Cap.liq; negotia pertractant. Infirmis quoq; conceduntur, et duorum Mensium tempore Vacationum absentib.s Canonicis ex concessione Ap.lica, quib.s tamen infirmis et tempore Vacationum absentib.s distribuiones integrae non assignantur, sed duo Puncta tantummodo pro Singulo die.

Nihil in Eccl.ia profanum admittitur in Missis, Organo, et Cantu. De Mandato primae interessentis Dignitatis, aut antiquioris Canonici congregatur Cap.lum frequenter in loco solito Sacristiae, aut Thesaurariae, in quo de reb.s, et bonis, et jurisdictionib.s ipsius Cap.li, et totius Eccl.iae servitio, divinoq; cultu habetur sermo. Dantur etiam in eodem officia, et Beneficia ipsi Cap.lo tam in ipsa Eccl.ia, et Civitate, quam extra in Dioecesi subjecta. (*a lato, un NB a sinistra*)

Non admittitur ad vocem in Cap.lo, qui non sit saltem in Subdiaconatus ordine constitutus.

Pijs Defunctorum voluntatib.s, nec non alijs ad pias causas legatis habita temporum ratione satisfit, et elemosinae solvuntur.

Catalogus totius Cap.li, Dignitatum nomina, Tituli Praebendarum infrà registrabuntur.

Nec non Capellaniae omnes Cath.lis Eccl.iae, et alia Offitia, Rectores, obligationes, collationes, jura Patronatus. Summa verò fructuum ex Visitatione particulari eliciuntur.

Si Can:ci omnes residerent (sunt autem num:o 18: computatis trib.s dignitatib.s) et assiduè Divinis interessent, eorum lucrum ad summam circiter 80. Ducatorum ascenderet.

. . . .

Absunt autem ad praesens quatuor de Cap.lo.

Joannes Petrus Gislerius Primicerius est in servitio SS:mi D.ni N.ri Papae: . . . Thomas

(*quarto fascicolo - carta 76.*)

Thomas de Thomasijs commoratur Pisauri, habet enim, ut asseritur inimicos summae auctoritatis Viros, qui ejus vitae insidiantur. Antonius Pisaurus Nob: Venetus, nihil habet praeter nudum Canonicatus titulum, nam fructus omnes sunt reservati. Lucius Sacellus in dies expectatur, est autem apud Clarissimum Lippomanum Oratorem Venetum Viennae.

Animarum cura in Cath.li exercetur per duos Sacristas, qui eliguntur quotannis a Cap.lo, et ut plurimum, si se dignos praestant, confirmantur, possent tamen pro Majori servitio Eccl.iae eligi Sacristae de triennio in triennium, eisq; aliqua Praebenda Eccl.iae amovibiliter assignari.

Capellani omnes resident praeter eos, qui studiorum causa absunt, aut alibi curam Animarum gerunt, et praeter Paulum Bonfium Eccl.iae Patavinae Decanum, qui tamen omnes p.substitutum deserviunt.

Fabricae, sive Thesaurariae Cap.lum habet administrationem, eligitur autem singulis annis unus Canonicus, qui Massarius nuncupatur, et unus Syndicus, qui introitus ad administrat ad summam circitèr 260: Ducatorum, et de Cap.li consensu hi duo faciunt expensas necessarias, atq; in fine cujuslibet anni tenetur Syndicus reddere rationem administrationis ipsi Cap.lo

Ad eandem Fabricam partim spectat ornare Altaria in Cath.li, partim vero ad Praebendatos, et Legatarios.

Praeter sup:tos Fabricae introitus percipit etiam Thesaurarius Ducatos circitèr quinquaginta, qui suppelectilem, et argentariam custodit non sine Massarij, et Decani interventu, et p. Cap.lum singulis annis eligitur, sive Confirmatur in Calendis Maij.

Duo sunt Clericorum Mag.ri unus Grammaticus, et alter cantus, et a R.mo D.no E.po mercedem Laboris recipiunt.

Numerus Clericorum Cath.lis Eccl.iae, Catalogus Bonorum Sacrarij, Suppelectilis, et Argentariae infra describentur.

Catalogum autem Reliquiarum ostendit³ Bernardus Gandinus Canonicus, qui eas in decenti loco piè collocari proprijs expensis curavit.

Adest in praedicta Eccl.ia Praebenda Theologalis ad Canonicatum nuncupatum secundum de Melma, cui impositum est onus quinquaginta Scutorum Monetae pro uno Lectore idoneo, et huiusq; diversi successivis temporibus conducti fuerunt, qui hoc munus cum laude obierunt.

Loco Poenitentiarj adest Praebendatus, cui antiquitus iniunctum est onus audiendi Confessiones in Cath.li, et Possessor est Joannes Ancamò.

. . .
(- *carta 76. tergo*)

Quoad Bullam Pij PP. V: publicatam anno 1571: 12: Calendas 8.bris⁴, sciendum est, quod multis ab hinc annis Canonici Tarvisini cum beneplacito Sedis Ap.licae diviserunt duas pinguissimas Praebendas Canonicales cum assignatione distributionum quotidianarum proportionabiliter, ex quibus erexerunt in dicta Eccl.ia octo Mansionarias, ad hoc, ut Mansionarij ipsi assidui essent ad Horas in Choro recitandas, quib.s etiam Mansionarijs, ut magis ad serviendum incitarentur auctae fuerunt postmodum Distributiones; nam eorum lucrum hodierna die aequivalet ferè trium Canonicatum residentiae.

Praeterea adsunt duo Mag.ri Chori, et Praebendati, seù Capellani n:o 39. Adsunt etiam permulti Clerici ipsius Eccl.iae, ac saepè Clerici Seminarij, et Cantores Capellae.

. . .

³ (*la nota è a lato, sul margine sinistro*) V. Cap.li Sanctionem Anni 1388. A l. Act. VV. c. 98., qua "Decreverunt claves ipsarum Reliquiarum custodiri debere per Rev. Dom. Gandinum, cui huiusmodi onus comiserunt".

⁴ (*come sopra*) NB.

His tamen non obstantib.s Canonici ipsi frequentèr in Choro psallunt, et Horas recitant, prout magis congruum ipsis videtur, et necessarium.

Concordat cum suo originali ex Libris Visitationum Eccl.iae, et Dioecesis Tar:nae, auc.te Ap.lica factarum, existentib.s in Canc:ria E.pali Patavina. Ita est Joseph Villanova J. U. D. Not:s E.palis Paduae, ac die XI. Mensis Augusti 1740.

Locus Sig: Canc:riae Paduae. (*a lato, in margine sinistro*)

Ex. (*come sopra*)

Qui sequuntur sunt Beneficiati in Eccl.ia Cath.li.

Decanus: Oratius de Sanctis Praesbyter.

Archid:s Paulus de Viscardis Praesbyter. Doctor.

Primic:s Joannes Petrus de Ghislerijs Doctor Absens.

Canonici XV. ex quib.s primi sex dicuntur esse Praesbyteri, et cum eis alius, qui possidet Canonicatum erectum p. q:m R.mum Ep.um.

1. Jacobus de Prudilijs Praesbyter.

2. Alberghettus de Rhaynaldis Praesbyter. Is habet Ducatos 40: reliquum fructuum reservatum est R.mo D.no Matthaeo Priuli E.po Vicentino

4. Livius Bisanus Praesbyter.

5. Pisaurus Nob.Venetus Clericus absens, cujus Canonicatus fructus dicunt reservati R.mo E.po Turcellano ejus Fratri.

6. Joannes Capellus Nob. Venetus Doct. Subd:s absens.

7. Julius Soligus Sacrae Theologiae Mag.r Subd:s, qui habet Praebendam Theologalem, . . . legere tenetur, sed legit per Substitututi.

Canonici, qui dicuntur esse Diaconi –

. . . .

(*quarto fascicolo - carta 77.*)

8. Bernardus Gandinus Doctor Presbyter.

9. Marcus Antonius Gadaldinus Sub.s

10. Tutius Vonicus Doct. Subdiaconus.

11. Antonius Rodianus Praesb:r

Canonici Subdiaconi.

12. Fran.cus Maronus Praesbyter.

13. Antonius de Tomasijs de Pisauro Presbyter Praesbyter absens. 3.

14. Blasius Guilerncus Doct. Praesbyter.

15. Lucius Sacellus Clericus absens. 4:s

Thesaurarius.

Franc.us Varitonus.

Mag.ri Chori.

Plinius Beccarussius.

Paschalis a Portu.

Mansionarij

1. Livius Bisanus, qui etiam est Canonicus, et servit p. Substitutum.

. . . .

2. Latinus de Scholaris.
3. Donatus de Castaldis.
4. Marcus Antonius de Narvisia.
5. Dominicus Fabronus.
6. Joannes de Ambrosijs.
7. Marcellus de Sanctis absens.
8. Vacat mense Majo nuper decurso.

Praesbyteri Praebendati sunt 42: Ex quib.s quatuor sunt facti Mansionarij
supranumerarij.

Absententes ex Praebendatis

Paulus a Stadijs
Benedictus de Corona
Paulus Bonfadius Decanus Patavinus . . .
Constantinus Rosius
Petrus Guslinus
Fran.cus de Sandris

Clerici.

Praeter Seminarij Clericos adsunt alij ferè 20: in quib.s recipiendis abusus irrepsit, ut cum ex longa observatione minimè debeant recipi, nisi praecedente aliqua inquisitione p. Cap.lum facta, an spes sit aliqua de eorum profectu, saepius tamen quilibet Can:cus seorsum cum uno . . .

(- carta 77. tergo)

vel altero Canonico colloquutus quemlibet Juvenem in Clericum admittant.

De praemissis omnib.s posset videri depositio q.m Albrti Vonici Decani in Visitatione sub Faelic. Mem. Georgio Cornelio E.po Praedecessore facta in Eccl.ia Cath.li.

Concordat cum suo Originali ex Libris Visitationum Eccl.iae, et Dioecesis
Tarvisinae Auc.te Ap.lica factam, existens in Canc:ria E.pali Paduae.
Ita est Joseph Villanova U. J. D. Not:s E.palis Paduae. hac die XI. Aug:ti 1740.

L. S. (*nota a lato, in margine sinistro*)

Cardinal Nores
Visitator Ap.lico
1584

Ex. (*nota in margine sinistro, a lato*)

Die X:ma ejusdem Mensis Junij 1584.

Ill.mus et R.mus D.nus Caesar de Nores E.pus Parent.s, et Visitator Ap.licus applicuit ad Civitatem Tarvisij⁵, cui obviam processit D.nus Fran.cus Cornelius E.pus Tarvisinus unà cum plurib.s alijs tam Eccl.iacis, quam Saecularib.s personis p duo Millia circ:r extra Civitatem, et recto itinere contulit se ad Eccl.iam Cath.lem, et ante fores dictae Eccl.iae genuflexus, deosculatus est Crucem more solito sibi p. Eccl.iae Ministros porrecta, deinde praecedentib.s Decano, Canonicis, et alijs Clericis beneficiatis ejusdem Eccl.iae sub Baldachino processit ad Altare SS:mi Sacramenti, ubi oravit p. aliquot temporis spatium, . . .

⁵ (*a lato, in margine sinistro*) Accesssus ad Tarvisium.

postmodum factis solitis ceremonijs, benedixit solemnitè Populo; quo peracto, pervenit ad Aedes E.pales, et a praed:to R.mo D.no E.po Tarvisino, et Canonicis praefatis associatus et exceptus fuit.

Die XI: ejusdem.

Cap.lo congregato de Mandato R.mi D.ni in ejus Camera suae solitae habitationis, p.nte, et assistente R.mo D.no E.po Tarvisino, praevio sermone praefatus R.mus D.nus Visitator praesentavit Breve Ap.licum, et mandavit mihi Cancellario legi illud alta, et intelligibili voce, quo lecto R.mus D.nus E.pus Tarvisinus praed:s una cum toto Cap.lo dictum Breve ea, qua decet reverentia recepit, et obtulit se paratum pro virib.s illi parere.

Successivè licentiato Cap.lo R.mus D.nus praecedentib.s Canonicis, et Clericis Cath.lis Eccl.iae accessit ad ipsam Eccl.iam, et facta oratione ante SS:mi Sacram:ti Altare induit se Vestimentis Pontificalib.s violacei coloris perfecit exequias Coemeterium, ut moris est circumeundo, et absolutis exequijs visitavit Eccl.iam ipsam.

Cap.lum Eccl.iae Tar:nae habet tres Dignitates, vid:t Decanum, quae est prima . . . post

(*quarto fascicolo - carta 78.*)

post Pontificalem, Archidiaconum, et Primicerium, et Canonicos Sexdecim, et omnes vid:t Dignitates, et Canonici habent vocem in Cap.lo, et de distributionib.s aequè participant, licèt superiorib.s dieb.s p. mortem Canonici Contareni vacaverit illius Canonicatus, quod Canonicatum Cap.lum praetendit esse extinctum, et super hoc pendet lis.

NB (*a lato, in margine sinistro*) Habet collationem Beneficiorum in ipsa Cath.li exceptis aliquib.s de Jurepatronatus, quorum institutio spectat ad E.pum, et aliquot Parochialium etiam extrà ipsam Eccl.iam.

NB (*a lato, in margine sinistro*) Habet curam Animarum in ipsa Civitate, et Parochiam satis ampliam, utpotè quae ascendit ad numerum quatuor millium Animarum in circa, quae cura exercetur p. duos Praesbyteros, vid:t p. Sacristas ipsius Eccl.iae, qui quolibet anno Cal: Maij a Cap.lo eliguntur, qui etiam funguntur officio Sacristae Missarum, et gerunt etiam curam Eccl.iae in plurib.s praesertim circa ipsius Eccl.iae, et Altarium ornatum, et haec omnia sub annua provisione Ducatorum decem pro quolibet.

Praebendae Canonicales sunt satis pingues, Mensa tamen Cap.laris tenuis, si Eccl.iae, et Cap.li qualitas consideretur, et sunt duo Mensae. Altera, quae communitè appellatur "Aequaliter" est communis etiam alijs inferiorib.s, ex qua sumuntur Distributiones quotidianae, quae inter sexaginta personas, vid:t Canonicos XIX. comprehensis Dignitatib.s, Mansionarijs octo, et duos Mag.ros Chori, et Capellanos, seu Praebendatos XXXVI aequalitè dividuntur, et nunquam alterantur, sed omnib.s dieb.s solemniorib.s celebratib.s in eadem semper qualitate solvuntur; cum pro Matutino quaterni quatuor, et pro Missa similiter quatuor, et totidem pro Vesperis: nam alijs horis nullae prorsus distributiones assignatae sunt.

Altera vero Mensa solum est Communis Canonicis, Mansionarijs, et Chori Mag.ris, sed non aequalitè omnib.s: nam distributiones quae ex hac Mensa sumuntur solidos duodecim singulis dieb.s pro quolibet Canonico non excedunt, exceptis aliquot solemnitatib.s, quib.s ipsae distributiones triplicantur, et singuli Mansionarij, et Mag.ri Chori de hujusmodi distributionib.s tertiam partem solum percipiunt. Nam ubi Canonicus lucratur solidos tres, Mansionarius lucratur solidum enum, et similiter dicti Chori Mag.ri.

Nullae igitur Distributiones alijs horis, ut supra dictum est, assignatae reperiuntur; sed Matutino dumtaxat, Missae, et Vesperis; reliquas horas Can:ci impunè negligunt, Inferiores verò, qui eis non interfuerint pro qualibet hora unius solidi ammissione mulctantur, ita ut nihil eis . . .

(- *carta 78. tergo*)

profuerit Matutino, Missae, et Vesperis interfuisse, si alijs quoq; horis non interfuerint. . . .

Ad Matutinum Canonici non conveniunt, duob.s, aut trib.s exceptis, qui a nonnullis annis citrà, quotidie convenire ceperunt. Antea enim, ne in Majorib.s quidem anni solemnitatib.s Nativitatis, vid:t, Paschatis, Pentecostes, et alijs numquam ad Matutinum convenire solebant.

In Choro nulla ferè disciplina, Canonici non psallunt, nec recitant cum alijs, quinimò alijs canentib.s, vel Divina celebrantib.s, plerumq; cum Laicis, et in Choro colloquentes, vel p. Eccl.iam vagantes tempus consumunt, interim tamen distributiones lucrantur. Aliquando etiam diebus Festis, praesertim cum fit Processio Scholae SS:mi Sacram:ti quolibet mense omittuntur Horae Canonicae in Choro, Sexta vid:t, et Nona, quib.s casib.s ipsi Can:ci committunt Sacristis, ut eas submissa voce pro omnib.s recitent.

Officium B. Mariae numquam integrè recitatur in Choro, numquam enim Matutini, neq; Tertia, neq; Sexta recitantur, nec etiam Vesperae nisi tempore Quadragesimae, quo tempore Prima dumtaxat, et Nona, et Vesperae dicuntur, Matutino, et reliquis horis praetermissis; Similiter Officium Mortuorum pro prima die Mensis numquam dicitur, et tempore Quadragesimae dumtaxat Vesperae mortuorum recitantur.

Canonici tresdecim dumtaxat ad p.ns resident, quorum aliqui etiam parum frequentant Chorum praeter id, quod sexaginta dies quolibet anno pro vacantijs ad eorum libitum sibi sumunt, nulla petita licentia, nullaq; ratione habita an sufficiens Canonicorum numerus in servitio Chori remaneat, cum tamen p. Statuta ipsius Cap.li, seu Eccl.iae, dies illi Vacantiarum concedantur solum pro tempore Mensis, et Vindemiarum, ved:t pro colligendis fructib.s suarum Praebendarum, proviso etiam, ut saltem medietas Canonicorum in Civitate pro Eccl.iae servitio remaneat.

Ut igitur divino Cultui in ipsa Eccl.ia aliqua ex parte provideatur, cogitatum fuit omnib.s Horis Can:cis distributiones assignare; sed quoniam quae Matutino, Missae, et Vesperis, ut praemittitur attributae sunt, adeò tenues existunt, ut hactenùs semper neglectae fuerint, et tenuiores, seù contemptibiliores etiam multò magis reddentur, si inter omnes alias Horas ille ipsae distribuerentur, visum fuit ad remedium Concilij recurrere, et tertiam partem fructuum omnium Praebendarum in Distributiones convertere.

Canonici verò nihil horum fieri posse contendunt, asseruntq;, quod licèt horis praefatis nullae sint ascriptae Distributiones, tamen satis esse, quod Matutino, Missae, et Vesperis ascriptae sunt, quia nullibi de jure, . . .

(quarto fascicolo - carta 79.)

nec p.Concilium reperitur cautum, quae omnib.s horis Distributiones assignantur; et in omnem casum quatenus alijs quoq; horis essent assignandae, assignationem hujusmodi fieri debere absq; eo, quod Mensae predictae tangantur, sed aliunde quaerendae, vel assumendae sunt hujusmodi Distributiones, cum utraq; Mensa sit ipsius Cap.li, et Canonicorum, et sine ipsorum consensu nihil innovari posse.

Praeterea negant ipsas antiquas Distributiones esse tenues, quia licèt omnes simul junctae vix ascendant ad Scuta quinq:ta Monetae quolibet anno, tamen cum non solvantur in pecunia numerata, sed pro majori parte in Frum:to, quod longe viliori praetio ipsis Can:cis, et alijs interessentib.s datur, quam sit verum illius praetium, et propterea habita ratione praetij, seu valoris hujusmodi, computatisq; alijs emolumentis, quae ex Anniversarijs Ordinarijs, et Processionib.s, et alijs officijs percepiuntur, ascendere asserunt ad Scuta sexaginta, vel etiam octuaginta pro quolibet Can:co etiam, et ultra, praesertim si contingat modicas expensas extraord:rias fieri, quo casu quidquid deductis expensis superesse reperitur, id omne inter ipsos residentes pro rata servitij proportionabiliter distribuitur, atq; ita distributiones augentur.

Verùm licèt praemissa omnia unico verbo tolli posse videantur, quod scilicet ijs non obstantib.s adhuc neglectae fuerunt, et propterea verisimiliter etiam imposterum negliguntur. Constat enim usque adeo olim neglectas fuisse, ut ante annos XX. vel XXX. ex tanto numero Canonicorum septem dumtaxat, aut octo Can:ci, aut X. vel XI. ad summum aliquando residere consueverint, et illi quidem etiam adeo negligentis, ut etiam in solemniorib.s solemnitatib.s anni, . . .

ut dictum fuit, nulli Canonici ad Matutini Officia, et ad primam, quae successivè post Matutinum dici solet convenirent, et tamen illamet distributiones, et eadem emolumenta, imò etiam longè Majora ob minorem numerum tunc residentium, distribuebantur.

Nihilominus aliter etiam respondetur, quòd quamvis aliquando contingat, ut deductis expensis ordinarijs aliquid supersit, quod sic, ut praemissum est inter residentes dividatur tamen aliquoties etc.

Tamen aliquoties tot incidunt expensae extraordinariae, vel ob lites exortas, vel propter onera publica, aliasve occasiones, ut nedum nihil supersit, sed etiam necesse sit de ipsis distributionib.s suppleri, prout saepe evenisse constat, et praesertim proximis superiorib.s annis, cum Cap.lum, ob hujusmodi expensarum excessum notabiles pecuniarum summas mutuo accipere coactum fuit, pro ut mutuo accepit ab ipsa Thesauraria, quas adhuc non restituit.

Et hic advertendum est, hinc sumi materiam defraudandi Eccl.iam ipsam servitio, et . . .

(- carta 79. tergo)

obsequijs sibi debitis, et restringendi expensas etiam pro ejusdem cultu, et ornatu necessarias. Cap.lum enim, et Can:ci videntes ob hujusmodi expensas eorum distributiones exhauriri, vel diminui, usque adeo parcuìt expensis, et avaritiae, cupiditatisve notam vix evitare possint. Hinc enim Officialib.s ipsius Eccl.iae, et Cap.li, alijsq; Ministris, vel nulla prorsus Salaria, vel adhuc exigua constituta sunt, et hac etiam de causa Cap.lum ipsum male audiat. Nam exempli gratia Sacristis suprad:tis pro exercitio curae Animarum, et Sacristiae Ducati decem dumtaxat pro quolibet constituti sunt, unde fit, ut rudes, ut plurimum, et Juvenes inexperti ad munus tantae importantiae necessario eligantur, hinc etiam magnus Sacrarum vestium, et Indumentorum, seu Suppellectilis Eccl.iaecae defectus, ita ut in solemniorib.s etiam celebritatib.s parum devotè pro dignitate, et Majestate Eccl.iae adeò insignis Divina Officia, in magna etiam cerae, et Candellarum parsimonia celebrentur. Quae quidem omnia a tantae Eccl.iae, et Cap.li adeò insignis dignitate⁶, et a Sanctae Eccl.iae disciplina adeò aliena sunt, ut aliqua omninò ratio ineunda sit, qua tot incommoda, et indecora tollantur, et Divinus Cultus, et debita obsequia in ipsa Eccl.ia ab omnib.s praestentur, id, quod vix ulla alia aptiori via effici posse videtur, quam p. separationem tertiae partis, ut dictum fuit, omnib.s etiam horis convenientes distributiones assignando.

Haec Eccl.ia, et ejus structura est antiqua, et suboscura Aedib.s Epalib.s coniuncta: constat trib.s navib.s, et columnis, seu pilis lateritijs, est sub invocatione Sancti Petri.

Ad Capellam Altaris Majoris, quae est in Capite Eccl.iae ad partem Septentrionalem aliquot gradibus lapideis a duob.s tantum lateribus ascenditur.

Ante ipsum est Chorus longè aliquantum ab eo distans: subtus est scurrulus, vid:t locus communiter, "sotto Confession" nuncupatus.

Sub quo Altari Majori a tergo verò illius reconduntur Corpora Sanctorum, vid:t Sancti Theonisti Ep: Tabrae, et Tabratae Martyrum in quadam arca marmorea.

A latere dextro ipsius Capellae Majoris, vid:t a Cornu Evangelij in eadem planitate est Capella, et in ea Altare SS:ni Sacramenti, quod satis honorificè tenetur cura, et expensis Scholae ipsius SS:mi Sacramenti.

Ab alio latere Capellae Majoris praedictae in eademmet planitate est alia Capella, et in ea Altare B. Mariae.

In ipso corpore Eccl.iae ab utraque parte sunt aliae Capellae, et Altaria, et similiter in ipso Scurriolo, seu sotto Confession, ut postea dicetur. . . .Primo

(quarto fascicolo - carta 80.)

Primo visitavit Altare SS:mi Sacramenti, . . .

⁶ (a lato, in margine sinistro) NB

quod reperijt custodiri in Tabernaculo Marmoreo nimis angusto ligneis Tabulis deauratis intus circumsepto super ipso Altari posito.

Altare ipsum, ac ejus Capellam manuteneri p.Scholam SS:mi Sacramenti, in qua sunt descripti plures Nobiles, ac Cives omnium Ordinum ipsius Civitatis in numero copioso.

Habet ipsa Schola in redditib.s Ducatos plus quatuorcentum, gubernatur p. sex Castaldiones, qui eliguntur ex dictis Scholarib.s cum praesentia, et interventu Rev:di D.ni E.pi Ordinarij, p. annum reddunt rationem administrationis, quotannis pariter cum interventu ejusdem R.di D.ni Ordinarij.

Habet aliquot param:ta, et Suppellectilia ad ornatum, et cultum ipsius SS:mi Sacram:ti, et Altaris praefati pro ut in Inventario, de quo infra etc.

Habet quoque nonnulla Legata, unum vid:t valoris Ducatorum 15: in circa cum onere celebrandi in quolibet die Veneris cujusq; hebdomadis; obtinet illud Praesbyter Donatus de Castaldis, qui celebrat juxta obligationem.

Aliud Legatum librarum 62:, cum onere celebrandi ter in hebdomada, obtinet illud Praesbyter Francus Tricuus.

Item aliud cum eodem onere, obtinet illud Praesbyter Petrus Variscus.

Item Legatum aliud obligationis celebrandi in quolibet die Martis cujusq; hebdomadis asseritur illud obtinere Praesbyter Hieronymus a Rauvigo.

Legata praedicta exequuntur, et celebratur juxta onus.

Mandavit deinde provideri de infrascriptis, vid:t.

Tabernaculum magnum, et decens pro tanti Sacram:ti dignitate, et ipsius Scholae magnificentia.

Conopaea praeciosiora ad contegendum ipsum Tabernaculum in Solemniorib.s Festivitatib.s, n:o quinque colorum diversorum, vid:t albi, rubri, viridis, violacei, et nigri pro temporum varietate, et totidem, et minus praeciosa pro Festivitatib.s minus solemnib.s, et apparatu quotidiano eorundem colorum.

Pallia totidem pro Altari.

Tabernaculum parvulum argenteum ad usum exponendi SS:mi Sacram:ti in Altari pro oratione 40. horarum, et in Processionib.s deferendi.

Duae Pixides argenteae grandiores ad usum distribuendi SS:mam Eucharistiam, cum Populus est frequens, et numerosus, et Viris separatim a Mulierib.s administratur, vel etiam eodem tempore aliae Hostiae ad ejusdem Populi Communionem conservandae sunt, et si non duae, saltem una grandior Pixis ad usum praefatum paretur, cum parum deceat, et periculo etiam non careat ipsam SS:mam Eucharistiam in Calicib.s Populo administrari.

. . .

(- carta 80. tergo)

Alia duo Vela ad contegendum humeros, et brachia Sacerdotis, cum defert SS:mum Sacram:tum ad aegrotos, vel etiam in Processionib.s.

Successivè visitavit Olea Sancta, quae reperijt custodiri in Vasis Argenteis in quodam Armario ligneo reposito in Sacristia ipsius Cath.lis Eccl.iae.

Item Corpora Sanctorum, vid:t S:ti Liberalis, S:ti Vindemialis, et S:ti Florentij Confessorum, quae sunt recondita in duab.s Arcis Marmoreis⁷, vid:t in una Corpora SS:m Vindemialis, et Florentij, et in alia Corpus S:ti Liberalis, quae est elevata supra Altare sub titulo ipsius S:ti Liberalis, et ab extra inaurata.

Item Corpus B: Henrici existens pariter in quadam Arca Marmorea affixa Columnae existens propè Suggestum.

Visitavit etiam Reliquias plurimorum Sanctorum reconditas in quodam Armario constructo prope ipsum Altare SS:mi Sacram:ti.

. . .

⁷ (a sinistra, in margine a lato) Reliquiae.

Item Baptisterium, quod est in quadam Capella existens extra ipsam Cath.lem, sed tamen ibi contigua, habens Piramidem ligneam.

In dicta Capella sunt Altaria tria, vid:t.

Altare S:ti Joannis Bapt.ae, S:tiae Mariae, et S:tiae Appolloniae, quae altaria sunt consecrata, et decenter instructa.

Habent quoq; nonnulla param:ta, et Suppellectilia prout in Inventario infrasc:to.

Obtinet dictam Capellam pro una portione Rev:dus Praesbyter Fran:cus Moronus Can:cus suprad:tae Eccl.iae, et aliam portionem obtinet Rev:dus D. Mulinus S. D. N. Referendarius, Utriusq; Signaturae, qui Romae degit, ut asseritur.

1582. 9. Junij

(*nota a destra, a fianco: 1. 1584. 9. Julij*)

Ill.mus, et R.mus Caesar de Nores Ep.us Parentinus, ac Visitator Ap.licus visitans Eccl.iam Cath.lem Tarvisinam, visitavit inter alias res Braidum Eccl.iae.

Deinde visitavit Altare Majus sub titulo S:ti Petri, quod est consecratum, habet Pallam marmoream cum impressione Immaginis S. Petri.

Item alia Altaria vid:t.

Altare SS:mae Trinitatis non est consecratum, habet Legatum annui valoris Ducatorum viginti quinque cum onere celebrandi bis in hebdomada; obtinet illud Praesbyter Paulus Statue, et juxta obligationem in illo Missas celebrat.

Altare S:ti Josephi est Consecratum habet Legatum annui valoris Ducatorum 40: cum obligatione celebrandi semel in duab.s Hebdomadis, obtinet illud . . .

(*quarto fascicolo - carta 81.*)

Praesbyter Laurentius Egidius, et celebrat juxtà obligationem.

Altare S:ti Hieronymi non est consecratum, habet Legata quatuor, vid:t unum valoris Ducat:rum 12. cum onere celebrandi semel in Hebdomada quod obtinet Praesbyter Fran:cus Novellus.

Altera duo cum pari onere celebrandi semel in qualibet decima hebdomada, quorum unum est valoris annui Ducat:rum 15. alterum viginti, quae obtinet Rev:dus Praesbyter Livius Bisanus Can:cus Tar:nus.

Item aliud Ducat:rum 7. cum obligatione celebrandi semel in hebdomada, obtinet illud Praesbyter Paschalis a Portu.

Celebratur juxtà obligationes.

Altare S. Justinae non est consecratum, habet Legatum librarum 37. cum obligatione celebrandi semel in hebdomada, obtinet illud Praesbyter Gaspar Galbanensis, celebratq; juxta obligationem.

Altare B. Henrici, quod est consecratum, affixumq; Columnae existens propè Suggestum, habet Legatum Ducat:rum 12: cum onere celebrandi semel in hebdomada, obtinet illud Praesbyter Marcus Antonius Brochinus, qui celebrat juxta onus, pro ut informationib.s.

Sunt alia quatuordecim Altaria, quorum quatuor sunt consecrata vid:t:

- + Altare S:ti Rocchi
- + Sanctae Crucis
- + Sancti Antonij, et
- + Sancti Liberalis.

Reliqua Altaria non sunt consecrata. vid:t:

- Sancti Salvatoris
- Beatae Mariae
- Aliud B. Mariae
- Sancti Prosdocimi

. . .

Sancti Nicolai
 Sanctorum Michaelis, et Honophrij
 Sanctae Helenae
 Pietatis
 Sanctorum Jacobi, et Philippi, et
 Altare Sanctae Annae.

Supradicta Altaria fuerunt reperta parum instructa, et minus decentè ornata,
 nullamq; obligationem celebrandi, nec minùs aliqua habere Legata.

. . .
 (*quarto fascicolo - carta 81.*)

Eccl.ia praedicta Cath.lis habet Sacristiam a Cornu Ep.lae Capellae Majoris, in qua sunt armaria pro Param:tis, illis tamen minùs decentè instructa, prout est videre ex Inventario infrà annexo.

Item Coemeterium sub porticis ipsius Eccl.iae, in quo sunt etiam duae Capellae vid:t illa S. Nicolai, in qua est unum Altare non consecratum palla decenti instructum, et alia B. Virginis, in qua similiter est unum altare non consecratum, sed Devotionis.

Habet Campanile cum Campanis quinque.

Item Domum Canonicaem ipsi Cath.li contiguam, in qua ob ejus angustiam habitant duo Can:ci tantum, et quandoque tres.

Habet duas Mensas, quarum una nuncupatur Aequaliter, altera Capitularis appellatur, quarum redditus infra in notulis annexis est videre.

Deinde mandavit fieri infrascripta⁸.

Locus Reliquiarum vestiatur intrinsecùs Panno sericeo.

Locus decens pro custodia Sacrorum Oleorum contruatur in Capella Altaris Majoris arbitrio R.mi D.ni Ordinarij.

Provideatur de alijs Urceolis argenteis, in quib.s asservantur Sacra Olea Infirmorum vid:t, et Chrismatis.

Baptismi Fonti provideatur de conopeo honorifico pro ejus tegum:to

Altari Pietatis, et illi SS:mae Trinitatis provideatur de Palla decenti.

Sed quoniam compertum est, Altaria ferè omnia ipsius Cath.lis esse parùm instructa, et minùs decenter ornata, quaedamq; etiam affixa columnis, seù pilis adhaerentia. et unum etiam sub Organo existere, idcirco demoliri, et tolli mandavit Altaria infrascripta, vid:t:

Altare S:tae Catharinae.

Spiritus Sancti.

B. Henrici.

Annunciationis B. Mariae, et Assumptionis ejusdem,

onera verò eis imposita, et quomodolibèt incumbentia, simulq; emolum:ta, Legata, oblationes, et jura quaecumq; eisdem Altarib.s, et cuilibet ipsorum competentia, vel in futurum competitura ad alia Altaria in ipsamet Eccl.ia arbitrio Rev.mi D.ni E.pi Ordinarij transferenda esse duxit, Corpusq; B. Henrici, et Sacras Reliquias, si quae sunt ad alium locum in ipsa Eccl.ia p. ipsum R.mum Ordinariun designandum, ea qua decet veneratione transportanda esse, pro ut ea demoliri, tolli, et transferri, ac respectivè transportari mandavit: et de translatione, onerib.s, emolum:tis, jurib.sq; ipsorum Altarium sublatorum, seu translatorum, ac de eorum titulis in Libro aliquo in Archivio Eccl.iae perpetuè conservando, et in Tabella etiam . . .

(*quarto fascicolo - carta 82.*)

in ipsa Sacristia loco patenti affigenda, ipse R.mus Ordinarius specialem notam facere, praemissaq; omnia, et singula nominatim describi in Libro, ac Tabella praedictis redigi, . . .

⁸ (*in margine, a lato sinistro*) Provisiones etc.

ac referri curet.

Altaria vero omnia in ipsa Cath.li Eccl.ia existentia, continuè dum ipsius Eccl.iae fores patent, instructa teneantur, et habeant infrascilicet:ta videlicet:

Crucem unam saltem ligneam cum Sacra Crucifixi Immagine depicta.

Candelabra duo ex Aurichalco.

Altare portatile si Altaria ipsa consecrata non sint.

Mappas minores duas.

Mappam majorem.

Pallium.

Tabellam secretorum.

Telam Stragulam.

Lampadem.

Unum quodque Altare proprios annuos redditus, aut emolumenta ex Legatis, vel aliunde habens, ut in eo celebretur, propria etiam indumenta, et suppellectilem habeat tum ad ejus cultum, et usum, tum ad Missam in eo religiosè, et decenter celebranda, haec videlicet:

Planetas quinque totidem colorum, videlicet albi, rubei, violacei, viridis, et nigri cum suis Stolis, et manipulis, et totidem Pallia, totidemque Bursas pro Corporalibus, et Vela pro calice, et Pulvinaria etiam Missalis, et si fieri posset etiam totidem integumenta ipsius Missalis, et haec pro diebus Ferialibus, et usu quotidiano, quae duplicanda essent, et totidem aliquanto praetiosiora pro diebus Festis solemnioribus.

Albas duas, et Cingulos duos, et duos Amictus.

Calicem unum cum sua Patena.

Corporalia quinque cum suis pallis.

Purificatoria decem. . . .

Capsulam unam pro Corporalibus, et alteram pro Purificatorijs.

Urceolos, seu Hamulas duas.

Pelviculam ipsarum Hamularum.

Mantilia duo parva ad manus abstergendas in Missa.

Cereostata, seu Thecas pro Intorticijs duas pro elevatione Corporis Christi cum suis operculis restrictorijs.

Tintinabulum gestatorium.

Scabellum, seu Bradella Altaris lignea decens.

Quodlibet Altare extra Capellas constructum, cancellis saltem ligneis sepiatur, . . .

(- carta 82. tergo)

sepiatur, qui a Scabello, seu Bradella Altaris saltem cubito uno distent, ut locus Clerico ministranti omninò detur.

Sacristia Sacris Vestibus, et indumentis, alijsque ad ornatum cultumque divinum necessarijs, est parvum instructa, cum ipsae Sacrae Vestes, et alia paramenta, quae habet, vetustate, et frequenti usu pro majori parte sint aspectu deformia, et lacera, et multa etiam desunt tam pro solemnioribus Festivitatibus, in quibus praetiosiore etiam, et ornatiore apparatu opus est, quam etiam pro minus solemnibus, ac diebus etiam ferialibus pro ratione Officij Divini, quod modo solemnius modò minus solemniter fit, quibus diebus Sacrae Vestes, et indumenta ipsa Sacerdotum celebrantium, et Ministrorum, ac etiam ipsorum Altarium esse debet coloris convenientis Officio, et Missae diei, seu commemoratione pro instituta in Divinis Officijs colorum varietate, cum Sancta Eccl.ia quinque coloribus uti consueverat, albo videlicet, rubro, violaceo, viridi, et nigro, ita ut sit necesse ipsum Sacrarum Vestium, et indumentorum apparatus quintuplicem esse, nec ullatenus ferendum est, ut in ipsa Cath.li adeò insigni, et a qua aliae omnes tum Civitatis tum Dioecesis exemplum sumere debent, in divinis Officijs distinctio, ac varietas colorum hujusmodi contemnatur, . . .

ac disciplina Eccl.iaca hac in re sub paupertatis, vel diuturnae consuetudinis, quae corruptela dicenda est, aliove praetextu confudatur.

Curet igitur R.mus D.nus Ep.us, ut quamprimum, quo ad ejus fieri poterit, Sacristia ipsa Suppellectili Eccl.iaca ita instruat, ut disciplina hujusmodi, et varietas colorum omnium inviolabiliter observetur.

Quae autem quintuplicia esse debent sunt saltem infrascripta, vid:t:

Pallia Altarium

Planetae cum suis stolis, et Manipulis.

Dalmaticae, sive Tunicellae Diaconalis, et Subdiaconalis.

Pluvialia.

Vela Calicum.

Bursae Corporalium.

Integumenta Lectorilium. . . .

Pulvinaria etiam Missalium in quantum fieri potest.

Provideri insuper omnino curet de Corporalibus, quorum in ipsa Sacristia intollerabilis est paucitas, et deformitas.

De Albis, seu Camisis, et reliquo apparatu, ita ut Divina . . .

(quarto fascicolo - carta 83.)

Officia, qua decet reverentia, et decentia ad aedificationem, et exemplum aliorum, et devotionem in Populum excitandam celebrari possint, et super omnia curet Altaria omnia instrui, et ornari prout in ipsorum Visitatione decretum fuit, et quae Altaria ad praescriptum instrui, et ornari non poterunt; ea quamprimum demoliri faciat, praevia tamen eorundem profanatione juxta ritum Eccl.iae, cum Altaria denudata, et minus instructa, ac ita neglecta nedum offendant oculos Fidelium, sed etiam indicium praestent parum etiam curari de interiori cultu, et religione.

Absolutis Divinis Officijs Eccl.iae fores claudantur.

Deposita Defunctorum auferantur.

Pavimentum Eccl.iae reconcinetur.

Eccl.ia dealbetur.

Provideatur de Confessionalibus arbitrio R.mi D.ni Ordinarij.

In Visitatione Eccl.iae Cath.lis Tarvisij compertum est aliquot Horis Canonicis, vid:t Primae, Tertiae, Sextae, Nonae, et Completorio nullas prorsus distributiones assignatas esse, valdeque propterea Divinum Cultum his praesertim horis in ipsa Eccl.ia negligi consuevisse, idcirco R.mus D.nus Visitor Ap.licus decrevit, et mandavit distributiones omnes utriusque Mensae vid:t dell'Aequaliter, quae omnibus Communis est, et alterius vid:t de qua Dignitates, Can:ci, Mansionarij, et Chori Mag.ri tantum participant, quae Matutino dumtaxat, Missae, et Vesperis attributae sunt, alijs quoque horis vid:t Primae, Tertiae, Sextae, Nonae, ac Completorio sua cuilibet Horae portione ex eis assignata distribuendas, et ascribendas esse. Quoniam verò hae ipsae distributiones adeò tenues esse dignoscuntur, ut eas semper Can:ci ab Hominum memoria etiam dum sic, ut mox dictum fuit, in tres tantum Horas partes essent distributae, non parum negligere consueverunt, ac proinde verisimile sit fore, ut multo magis easdem sic in alias quoque horas, ut praefertur divisas, seu dividendas pariter neglecturi sint, ea propter idem R.mus D.nus Visitor Trid. Conc. Decretis innixus tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum, et obventionum tam dignitatum, quam Canonicatum ipsius Eccl.iae separandam, et in quotidianas Distributiones, quae unicuique ex ipsis horis Canonicis attribuantur, et inter dignitates, et Can:cos Divinis interessentes proportionabiliter juxta divisionem ab ipso R.mo D.no E.po in ipsa prima fructuum deductione faciendam dividantur. convertendam esse, prout separari, dividi, ac respectivè converti mandavit, idque intra Mensem a die habitae notitiae p. eumdem R.mum D.num E.pum omnino praestari, fierique, ac exequi jussit, qui etiam omnino curet, ut aliqua ineatur ratio, qua . . .

(- carta 83. tergo)

caeterae quoq; Distributiones dell' Aequaliter pro ipsis etiam inferiorib.s Beneficiatis augeantur, vel de ipsius Mensae dell' Aequaliter proventib.s de eorum tamen consensu, qui eorumdem proventuum participes sunt certam portionem arbitrio suo detrahat, eamq; singulis horis augum:ti gratia attribuat etc., vel etiam ex separatione tertiae partis fructuum Praebendarum eorumdem Beneficiatorum ad praescriptum Conc. Trid:ni, ac ut supra de alijs dictum est in Distributiones quotidianas inter ipsos Beneficiatos Divinis interessentes proportionabiliter pariter dividendas deducat.

Ut autem in Eccl.ia, praecipuèq; in Choro ab omnib.s debita disciplina observentur, omniaq; ut debent in Domo Dei ordine fiant, idem R.mus D.nus E.pus duob.s saltem Can:cis adhibitis, quorum alter ab ipso, alter a Cap.lo deligatur, quaecumq; ad debitum in Divinis Officijs Regimen spectat, deq; congrua in his canendi, recitandi, modulandivè ratio, permanendum, et inde recedendum sit, simulq; de Punctatorib.s, alijsq; Eccl.iae Ministris, quae expedire videbuntur, statuat, proprium cuiq; munus assignet, quemadmodum cum sacrorum Canonum dispositione, et ipsius Eccl.iae laudabilib.s, ac probatis Constitutionib.s pro ratione loci, et ejusdem Eccl.iae dignitate magis congruere judicabit, in eoq; potissimum providere curet, in quo plurimum hactenus peccari consuevit, nempè, ut Canonicorum aliorumq;, qui Choro adstricti sunt, evagationes p. Eccl.iam tempore maximè Divinorum, confabulationes inter se, vel cum alijs amissione Distributionum, vel aliarum Mulctarum ablatione comprimant, Horas Can:cas omnes quotidie in Choro, nec Processionis, nec Concionis, nec Solemnis Missae praetextu, aliove aliquo numquam omittant, Officium item B. Mariae⁹, nec non Mortuorum statis dieb.s in Choro integrè recitent, curetq; demum, ut unusquisq;, vel Can:cus, vel alius Minister quicumq; sit, qui Chori Officijs sit adstrictus p. se ipsum munus, Functionesq; suas obeat, Divinaq; Officia, Processiones, Funeralia, et alia, quae Eccl.iaci muneris, Eccl.iasticarumq; Functionum sunt, omnes, et singuli rectè obeant, ad easq; constitutis horis convenient, et in his ipsis piè, devotèq; vertentur, et persistent, superpellicea, non passim p. Eccl.iam, sed in Sacristia, certovè alio Eccl.iae loco, .nec de manu Familiaris, alteriusvè Laici, sed Clericorum assumant, deponantq; et in Dei Laudib.s concelebrandis intimae etiam pietatis, et Religionis manifesta extrinsecùs quoq; argum:ta praebeant ad laudem, et gloriam Dei, et Gloriosiss:mae Virginis, sub cujus invocatione exstitit ipsa Eccl.ia, omniumq; Sanctorum, et Sanctarum Dei. Amen.

(quarto fascicolo - carta 84.)

Sciant verò omnes p. sumpta, aliquodvè ipsorum Statutis ejusdem Eccl.iae, et Cap.li quoad Ferias, seu Vacantias duorum Mensium, prout in eis nihil immutatum, vel derogatum fuisse,

Quas quidem ordinationes R.mus D.nus Visitator jussit, et mandavit observari ut in eis, reservata sibi nihilominus facultate alias quoq; Ordinationes hujus ipsius Visitationis virtute quandocumq; faciendas publicandi et promulgandi.

Datae in Oppido Belgradi Aquilejensis Dioecesis etc. Die Jovis XXI. Mensis 9.mbris 1584.

Caesar E.pus Parentinen. etc.
Visitator, et Reform:s Ap.licus etc.

. . .

⁹ (nota a lato, in margine sinistro) V. Resolut. Sac. Congreg. Concilii 1753. To. 18. pag. 66. et 78. in Causis Gihennen. et Montis Alti. V. etiam Stat. Rubr. I. p. 1. supra item Resolut. Sac. Congr. 23. Aug.1727. Acerrarum To. IV. pag. 105. ad XII. An dicti Canonici ultra horas Canonicas teneantur quoque in Choro recitare Officium Defunctorum, B. M. V., Psalmos Poenitentiales, et Graduales; sive potius sit servanda Consuetudo: ad XII. servandam esse Consuetudinem. Attamen V. Nicol. Floscul. v. Canonicus n. 32. B. Gregorius Barbadicus intermissam . . . Officii B. M. V. recitationem, Canonicis frustra obtendentibus inveterati moris possessionem Bergomi redintegravit. Ricchinius in eius Vita l. I. Cap. VII. pag. 38. edit. Rom. 1761. in 4.

Sup.tae Ordinationes fuerunt transmissae ad Ill.mum et R.mum D.num E.pum Tarvisinum
p. Litteras missivas tenoris Infrasc:ti vid:t –

A tergo

All' Ill.mo, e R.mo Sig.r mio Oss:mo Mons:r il Vescovo di Treviso

Intùs verò

Ill.mo, e R.mo Sig.r Mio Oss:mo

Mando a V. S. Ill.ma, e R.ma quanto ho giudicato espediente di ordinare intorno all' assignare le Distribuz:ni alle Ore in cod:ta Chiesa p. servizio del Coro, affine, che Lei chiamati a Se il Cap.lo, e Can:ci, li disponga ad esibirsi pronti all' essecuz:ne, ed osservanza di q.nto in ciò si è ordinato, e di q.llo anco, che Lei in essecuz:ne di q.ste ordinaz:ni di più con due d'essi Can:ci¹⁰ le parerà d'ordinare, e tanto procurerà Lei, che s'esseguisca a laude, e gloria di Dio, e servizio di cod:a sua Chiesa. Hò ritardato fin'ra, si p. molti impedim:ti di q.sta Visita, come anco p. averne dato conto a Roma, e veda V. S. Ill.ma darle espediz:ne, sicchè a principio dell'anno pross:mo s'introducano in pratica, ed osservanza, che q.ndo bene non potesse così di p.nte trovar modo d'accrescere le Distribuzioni dell'Aeq:r, non resti p.ò d'espeditore q.lle de' Can:ci, et il compartire anco q.lle dell'Aeq.r a tutte le Ore conforme ad esse Ordinaz:ni, e di q.nto intorno a ciò seguirà sarà servita darmene ragguaglio, alla quale di cuore mi raccomando, pregandole dal Sig.re Dio ogni abbondanza della sua Divina Grazia.

Di Belgrado del Friuli li 22. 9.mbre 1584:

Fra' pochiss:mi g:rni piacendo al Signore si manderanno molte altre provis:ni p. la med:ma Chiesa, et anco Diocese.

Di V. S. Ill.ma, e R.ma

Aff:mo S:o

Cesare Ves:vo di Parenzo Vis:re Ap.lico

(- carta 84. tergo)

Concordat etc. Ita est Joseph Villanova J. U. D. Not:s E.palis Paduae hac die 13. Julij 1740.
(a lato, in margine sinistro) L. S.

Su.ptum exemplum desumptum fuit ex alio simili exemplo cum legalitate Curiae Patavinae in hac Curia E.pali Tarvisina exhibitio, et restituito etc., et praevia eorumdem collatione facta hac die 3. Ap.lis 1743. Concordat etc., Ita est etc

(nota a sinistra, sotto la dichiarazione) Ve n'ha una Copia legale anche
in Archivio fra le Processi caps. X.

L. S. Cur. E.palis Tar:nae (a lato, in margine sinistro)

Ant:s Aragazzi Curiae E.palis Tar:nae Not:s
in fidem etc.

¹⁰ (come sopra) NB